

diese continuar las instrucciones comunes que daba á todos los fieles en las horas acostumbradas.» (Véase el párrafo II del *Prefacio* de estas homilias, que se hallan en el tomo VIII de las obras del Santo Doctor.)

Aparte de los sermones que San Bernardo predicaba exclusivamente á los monjes, se sabe que predicó vários al clero de París, los cuales forman el sermón ó libro que se titula *De Conversione ad clericos*, tomo II, fol. 477. Puede verse en los pasajes siguientes por qué y en qué términos San Juan Crisóstomo y San Agustín predicaban á menudo, no sólo para los presentes, sino también para los ausentes. (San Juan Crisóstomo «de penitencia,» homil. IV, tom. II, fol. 305.—In princ. Act., homil. I, n. 2, tom. III, fol. 53.—De Anna, serm. IV, nn. 1, 2, y 3, tom. IV, fol. 729.—Homil. III, inedit., tom. XIII, fol. 340.—S. Agust., Enarrat. in Psalm. L, n. 1, tom. IV, fol. 585.—Serm. LI, tom. V, fol. 334.)

No se ha de predicar, sin necesidad, doctrina de difícil inteligencia ó que pueda turbar á los espíritus débiles.

Sunt enim quædam, quæ visua non intelliguntur, aut vix intelliguntur, quantolibet, et quantumlibet quamvis planissime dicentis versentur eloquio; quæ in populi audientiam, vel raro, si aliquid urget, vel nunquam omnino mittenda sunt. In libris autem qui ita scribuntur, ut ipsi sibi quodammodo lectorem teneant cum intelliguntur; cum autem non intelliguntur molesti non sint nolentibus legere, et in aliquorum collocutionibus, non est hoc officium deserendum ut vera quamvis difficillima ad intelligendum, quæ ipsi jam percepimus, cum quantocumque labore disputationis ad aliorum intelligentiam perducamus, si tenet auditorem vel collocutorem discendi cupiditas, nec mentis capacitas desit, quæ quoquo modo intimata possit accipere; non curante illo qui docet quanta eloquentia doceat, sed quanta evidentia. (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. IV, cap. IX, tom. III, fol. 99.)

La misma prudencia recomiendan San Basilio, Epístola XXII *De perfectione vite Monast.*, n. 1, tom. III, folio 99, y San Gregorio Nazianc., orat. XXXIV, tom. I, fol. 480. Mas en los casos en que sea necesario ocuparse en la predicacion de doctrinas de difícil inteligencia, se

han de tener presentes las saludables reglas que San Agustín consigna en su tratado *De dono perseverantiae* (tom. X, fol. 993), con especialidad en los ocho últimos capítulos desde el fol. 1016.

LECCION XII.

Censuran los Santos Padres á los que predicán de una manera enteramente humana.

In populo autem gravi, de quo dictum est Deo, *in populo gravi laudabo te*, nec illa suavitas delectabilis est, qua non quidem iniqua dicuntur, sed exigua et fragilia bona spumeo verborum ambitu ornantur, quali nec magna atque stabilia, decenter et graviter ornarentur. (San Aug.: *De Doct. christ.*, lib. IV, cap. XIV, tom. III, fol. 102.)

In suam dicunt contumeliam Doctores, si dum sint ab eis dicta sapienter, nimium tamen eloquenter. Horret enim sapientia spumeum verborum ambitum, ac fucum mundialis eloquentiæ inflatis sermonibus perornatum.

Quidam curiosi delectantur audire quoslibet sapientes, non ut veritatem ab eis quærant: sed ut facundiam sermonis eorum agnoscant, more Poetarum, quis magis compositionem verborum, quam sententiam veritatis sequuntur. (S. Isid. Hispal., *Sent.*, lib. II, cap. XXIX, nn. 12 et 13, tom. II, fol. 64.)

Sed neque facetus quispiam ac jucundus sum, atque ita comparatus ut hominum benevolentiam blanditiis et assentatione surripere queam; quales multos eorum video qui hoc tempore sacerdotii munus profitentur, qui fidei nostræ pietatem, quæ prius simplex atque artis experta erat, artificiosam reddiderunt, ac novum quoddam politices genus, à foro ad sanctum translatae, et à theatris ad sacrarium, vulgi oculis minime inspectandum: ita ut, si audacter hoc dicere oporteat, duæ jam scenæ sint, inter quas hoc dumtaxat intersit, quod illa omnibus pateat, hæc quibusdam; illa videatur, hæc in honore sit; illa theatra, hæc spiritualis nominetur. Vos testes, et Deus (ut Apostoli verbis utar) nos ab hac parte minime stare, verum tales esse, ut sinisteritatis potius et rusticitatis, quam adulationis ac servilis animi notam suscipere possimus, quippe qui eos etiam, qui nostri apprimè studiosi sunt, asperius interdum accipiamus, si

quid nobis non, ut rationi consentaneum est facere videantur. (S. G. Naz., tom. I, orat. XXVII, fol. 409.)

Quia fides non in forensi sermone sapientiæ, sed Dei virtute firmatur. Ergo in sermone sanctorum virtus est, in sermone autem forensi isto ac philosophico vanitas mundi. (S. Ambr. in Psalm. cxviii, expositio, sermo XI, n. 12, tom. III, fol. 349.)

In eruditos nam fides solum viros

Si cadere, esset nihil Deo dives minus.

(S. Greg. Nazian.: *De vita sua carmen*, tom. II, fol. 16.)

Con más vehemencia se expresa aún contra los que predicán de una manera enteramente humana, en su oración XXVI, tom. I, fol. 704.)

En la pág. 55, citando algunas homilías de San Basilio, hemos puesto equivocadamente los números XIV y XV. Las homilías sobre la caridad que deseamos sean consultadas son las que predicó el Santo Doctor y llevan estos títulos:—In illud dictum Evangelii secundum Lucam; destruam, horrea mea, etc., tom. II, fol. 43.—Homil. in divites, fol. 51.—Homil. dicta tempore famis et siccitatis, fol. 62.

La oración XV de San G. Naz., que en la edición de Billy es la XVI, y tiene por título *De pauperum amore*, está en el tom. I, fol. 215.

La homilía XXI de San Juan Crisóstomo sobre la carta I á los Corintios está en el tom. X, fol. 179. Lo más interesante, para el caso presente, se encuentra en los nn. 5, 6 y 7, desde el fol. 186.

No está prohibido al predicador descender al campo de la ciencia humana.

Nam quod rebus in sensum cadentibus est sol, hoc iis, quæ animo et ratione intelliguntur, est Deus. Ille enim mundum hunc aspectabilem collustrat: hic invisibilem. Ille corporis oculos ita afficit, ut lumen ipsius intueri possint: hic mentes divinas reddit. Atque ut ille, cum, et iis quæ oculorum sensu prædita sunt, et iis quæ in aspectu sentiuntur, hanc vim tribuat, ut et illa viderentur, et hæc visu percipi possint, interim tamen ipse omnia, quæ oculis subjecta sunt, pulchritudine antecellit, eodem modo Deus, cum tam iis, quæ intelligentia utuntur, quam quæ mente et intellectu comprehenduntur, hoc afferat, ut et illa intelligant et hæc intelligentia per-

cipiantur, ipse tamen intelligibilium omnium summus est vertex, in quo desiderium omne consistit ac defigitur, nec supra eum usquam fertur. Nec enim quidquam sublimius habet, aut omnino habebit mens ulla, quantumvis philosophica, et altissime tendens, ac summæ curiosa. Hoc etenim rerum omnium expetendarum extremum est: quo cum pervenerimus, conquiescit omnis speculatio. (S. G. Nazianc., orat. XXI, tom. I, fol. 338.)

Política cristiana.

Hemos dicho en la página 56 que en los sermones, homilías y escritos de los Santos Padres se halla cuanto de verdadero y saludable se ha podido pensar y decir sobre política cristiana en los tiempos antiguos y modernos. La prueba de proposición tan amplia no cabe en este lugar, pero la encontrarán muy completa los que lean los extensos pasajes que á continuación citamos. (S. Juan Crisóstomo, hom. VI ad populum Antioch., n. 1, tom. II, fol. 73.—In Gen., serm. IV, n. 2, tom. IV, fol. 661.—Exposit. in Psalm. cxlviii, nn. 4 y 5, tom. V, fol. 496.—In illud «Vidi Dominum» hom. I, nn. 4 y 6, tom. VI, folios 102 y 105.—In Epist. ad Rom., hom. XXIII, tom. IX, fol. 685.—S. Greg. Nazianc. en algunos pasajes de su oración III, tom. I, fol. 85.—Orat. XVII, tom. I, fol. 242.—S. August.: Enarrat. in Psalm. cxxiv, nn. 7 y 8, tom. IV, fol. 1653.—In Joann. Evang., tract. XI, nn. 14 y 15, tom. III, fol. 1483.—Epist. CXXXVIII ad Marcellin., capítulos II, III, tom. II, fol. 528.—Epist. CXXXIV ad Marcellin., tom. II, fol. 509.—Epist. CXXXIV, Apringio, fol. 410.—El libro *De Correctione Donatistarum*, ó sea la carta CLXXXV, dirigida al conde Bonifacio, fol. 792.—La carta C, escrita á Donato, procónsul de Africa, fol. 366.—Epístola XCIII ad Vincentium Rogatistam, fol. 321.) El mismo San Agustín se ocupa á menudo en reflexiones políticas en sus libros de la *Ciudad de Dios*. También son muy notables los libros *De Regimine principum* del Angélico Doctor Santo Tomás. San Ambrosio suele emitir ideas políticas en algunas de las cartas que sobre asuntos religiosos y eclesiásticos escribió á los Emperadores de su tiempo.

Restanos probar la ligereza de M. Dussaul, quien no reparó que Bossuet en sus oraciones fúnebres cita á San Agustín y otros Santos Padres al hacer algunas de sus apreciaciones políticas.—Oración fúnebre de la reina de

Inglaterra: poco despues del exordio traduce el siguiente pasaje de San Gregorio Magno: «Ad hoc enim potestas super omnes homines, dominorum meorum pietati coelitus data est, ut qui bona appetunt, adjuventur; ut coelorum via largius pateat; ut terrestre regnum coelesti regno famuletur.» (Lib. III, indic. XI, Epist. LXV ad Mauricium Augustum, tom. II, fol. 675.)

Al fin de la misma oracion fúnebre, sin citar á San Agustin, alude visiblemente al siguiente pasaje del bellísimo cap. XXIV del lib. V de la *Ciudad de Dios*, en el cual el Santo Doctor explica admirablemente en qué consiste la verdadera felicidad de los Reyes de la tierra. «Sed felices eos dicimus, si juste imperant, si, inter linguas sublimiter honorantium et obsequia nimis humiliter salutantium, non extolluntur, sed se homines esse meminerint; si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum majestatis ejus famulam faciunt; si Deum timent, diligunt, colunt; si plus amant illud regnum, ubi non timent habere consortes, etc.» (Tom. VII, fol. 170.)

En la peroracion de la oracion fúnebre de María Teresa de Austria repite la mayor parte del pasaje que á continuacion copiamos:

«Imperatores, purpuram vereamini, nam sermo noster legislatoribus quoque leges statuet. Cognoscite quantum id sit, quod vestrae fidei commissum est, quantumque circa vos mysterium. Orbis universus manui vestrae subjectus est, diademate parvo, atque exiguo panno retentus. Supera solius Dei sunt: infera autem, vestra etiam sunt. Subditis vestris Deos vos praebete: liceat enim audacius aliquid dicere. Cor regis in manu Dei est, ut ex Scriptura audimus, ac credimus. Hic imperium vestrum sit, non autem in auro et in exercitibus. Aulici proceres, ac sublimibus thronis et dignitatibus insignes, ne ob potentiam magnopere animos efferatis, nec de mortalibus rebus tanquam immortalibus cogitetis. Fidem imperatoribus servate, sed prius Deo propter quem his etiam quibus commissi et traditi estis.» (S. Greg. Naz., orat. XXVII, tom. I, fol. 415.)

Esto nos recuerda la célebre frase de Tertuliano, quien, hablando de la obediencia debida á los príncipes, la llama religion de la segunda majestad: «In hac quoque religione secundae majestatis.» (*Apologet.*, cap. XXXV, fol. 65.)

Hacia el fin de la oracion fúnebre del príncipe de Con-

dé, forma contraste entre las elevadas aspiraciones de su héroe y las miras terrenales de los héroes de la tierra, y se sirve al efecto de dos pasajes de San Agustin, tomados el uno del libro V contra Juliano, cap. IV, n. 14, tom. X, fol. 792, donde, hablando de los malos, dice el Santo: «Non enim quemquam eorum Deus temere ac fortuito creat, aut quid de illis boni operetur ignorat: cum et hoc ipso bonum operetur, quod in eis humanam creat naturam, et ex eis ordinem saeculi praesentis exornat.» El segundo pasaje le hemos citado en la leccion X de esta segunda parte, pág. 233, y es del sermón XIII sobre el salmo CXVIII; pasaje que repite el mismo Bossuet en su oracion fúnebre de la señora La Vallière.

LECCION XIII.

Los pensamientos son el alma de la elocuencia.

Quae vero externis ex sermonum disciplina utilitas, cum mens sensu sit vacua? Ut si quis ense gereret, capulum quidem argenteum habentem, ferrum vero quolibet plumbo imbecillius. (S. Joann. Chrysost., hom. XIX ad pop. Antioch., tom. II, fol. 190.)

Necesidad de la preparacion.

Sed cum Rector se ad loquendum praeparat, sub quanto cautela studio loquatur, attendat: ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur; et cum fortasse sapiens videri desiderat, unitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque veritas dicit: *Habete sal in vobis, et pacem habete inter vos.* Per sal quippe, verbi sapientia designatur. Qui igitur loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne ejus eloquio audientium unitas confundatur... Providendum quoque est sollicita intentione Rectoribus, ut ab eis non solum prava nullo modo, sed ne recta quidem nimie et inordinate proferantur: quia saepe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate levigatur: et auctorem suum haec eadem loquacitas inquinat, quae servire auditoribus ad usum profectus ignorat. (S. Greg.: *Reg. Past.*, sec. pars, cap. IV, tom. II, fol. 17.)

Fragilidad de la memoria: remedio.

Sæpe nos præsumimus aliquid memoria retenturos, et cum id putamus, non scribimus: nec nobis postea cum volumus venit in mentem; nosque pœnitent credidisse venturum, vel litteris non illigasse ne fugeret... (S. August.: *De Anima et ejus origine*, lib. iv, cap. vii, n. 10, tom. x, fol. 529.)

Ego tamen in lege Domini meditor... et meditationes meas, ne oblivione fugiant, stilo alligo. (S. Aug.: *De Trin.*, lib. i, cap. iii, tom. viii, n. 5, fol. 823.)

Cum Scripturas Sanctas, quæ appellantur canonicæ, legendo et cum aliis codicibus secundum Septuaginta interpretationem conferendo percurreremus, placuit eas quæstiones, quæ in mentem venirent, sive breviter commemorando, vel etiam pertractando tantummodo, proponerentur, sive etiam qualitercumque tanquam à festinantibus solverentur, stilo alligare, ne de memoria fugerent. Non ut eas satis explicaremus, sed ut, cum opus esset, possemus inspicere; sive ut admoneremur quid adhuc esset requirendum, sive ut ex eo quod jam videbatur inventum, ut poteramus, essemus et ad cogitandum instructi, et ad respondendum parati. (S. August., quæst. in Heptateuchum., lib. i, præm., tom. iii, fol. 547. —San Clemente de Alejandria, lib. i, tom. 1, fol. 315.)

Necesidad de meditar sobre la materia y sobre las necesidades de los oyentes.

Quia in colloctionibus est cuique interrogandi potestas: ubi autem omnes tacent ut audiatur unus; et in eum intenta ora convertunt; ibi ut requirat quisque quod non intellexerit, nec moris est nec decoris; ac per hoc debet maxime tacenti subvenire cura dicentis. (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. iv, cap. x, n. 25, fol. 100.)

Siquidem ad præparanda fercula vestra, tota hac nocte concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exarsit ignis: ille sine dubio, quem Dominus Jesus misit in terram, et voluit vehementer accendi. Nam spiritualementem cibum, et coquinam et ignem habere necesse est spiritualementem. Superest jam ut distribuam quæ paravi; vos autem considerate potius dantem Dominum, quam mi-

nistrum distribuentem. (S. Bernard., in festo Omn. Sanct., serm. I, n. 3, tom. iii, fol. 1024.)

El pasaje de San Juan Crisóstomo *Hæcine ferenda*, etc. le encontrarán nuestros lectores en la lección XVI de esta segunda parte.

«Nisi quis me putaret auram superfluum captare, quotidie me videres fontes lacrymarum emittere. Harum vero consciæ sunt domuncula et solitudo. (S. Joan. Chrysost., in Act. Apost., hom. XLIV, n. 4, tom. ix, fol. 335.)

Et quomodo fieri possit, sancte Dei homo Stelechi, quod imperas, ut ab anima ita infirma et frigida de compunctione sermones edantur? Puto enim opus esse eum, qui in hac materia aliquid boni dicturus est, præ omnibus aliis hoc studio fervere, et incendi; ita ut verba quæ proferunt candenti ferro vehementius in auditorum animos incidere valeant. Nobis autem ignis hujusmodi non adest, sed omnia interiora nostra sunt cinis et pulvis. Undenam, dic mihi, unde flammam accendamus illam, cum neque scintilla adsit, neque ligna subiaceant, neque spiritus ad illam perflandam adveniat ob caliginem nempe illam ingentem, quam vis peccatorum animæ nostræ obtendi? Ego quidem non novi; sed tuum est dicere, qui imperas, quo pacto jussum tuum in opus procedat, et congruentem finem assequatur. Nos certe linguæ præbebimus ministerium; tu vero precare eum, qui sanat contritos corde, qui dat pusillanimis longanimitatem, qui suscitatur de terra pauperem, ut hunc in nobis incendat ignem, qui humanam omnem infirmitatem solet absumere, ac somnum, segnitiam gravitatemque carnalem præscindere, animæque alas ad cælum sublimes erigere. Ab illi autem apside, ceu ex quodam excelso vertice, omnem ostendit præsentis vitæ vanitatem ementitamque speciem. Qui enim neque illuc evolare, neque in illa specula sedere potuit, is neque terram, neque terrena negotia, ut videre par est, videre potest. (S. Joann. Chrysost.: *De compunct. ad Stelech*, lib. ii, n. 1, tom. i, fol. 140.)

El símil de San Bernardo (pág. 63) con que concluimos esta lección se encuentra en un sermón que recomendamos á los jóvenes por la mucha y sana doctrina que en él se contiene: su demasiada extensión nos impide copiarle. (In Cant., serm. XVIII, tom. iv, fol. 1320.)

LECCION XIV.

A cada edad conviene un género diferente de elocuencia.

Oportet enim ut senilis sermo non solum sit gravis, sed etiam brevis. (S. Aug., serm. CCCL, tom. v, fol. 1535.)

Sicut est enim quædam eloquentia quæ magis ætatem juvenilem decet, est quæ senilem; nec jam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquentis: ita est quædam, quæ viros summa auctoritate dignissimos planeque divinos decet. (Habla de los escritores sagrados.) (S. August.: *De Doctr. christ.*, lib. iv, cap. vi, tom. iii, fol. 93.)

San Juan Crisóstomo expone la misma doctrina. (Hom. XI, inédita, tom. xii, fol. 395.)

Eritque post septuaginta annos Tyrus ut canticum metricis. Vide quibus verbis utatur Propheta, nec refugiat verborum istiusmodi vilitatem. Nos interdum refugimos; non quod nobis, quam illis lingua sit castior, sed auctoritas inferior. Major enim vis rerum in talium expressione sermonum est; ut qui delicta non erubescunt, erubescunt vel nomina dilectorum. (S. Ambr.: *De Elia et jejuniis*, cap. xx, tom. ii, fol. 30, ed. de Venecia.)

Los Santos Padres no copiaban los sermones de otros, ni á una repetían sus propios discursos.

Sabemos que San Cipriano tuvo á la vista, al exponer la oracion dominical, el trabajo sobre la misma de Tertuliano; San Ambrosio para su Hexaemeron el de San Basilio; y tambien en su libro *De Elia et jejuniis* tomó mucho sobre la embriaguez, de la homilía del mismo San Basilio *in ebrios*; pero imitar no es copiar.

S. Joann. Chrysost., hom. in proditionem Judæ, tomo ii, fol. 376.—Hom. in divinam, etc. et de proditione Judæ, fol. 386.—In cruce et de latrone, etc., tom. ii, fols. 403 y 411.

Los cuatro sermones de San Agustin: *De oratione dominica*, desde el LVI al LIX, están en el tom. v, folios 377 y 402.

S. Cyprianus, epist. ad Fortunatum, fol. 608. El mismo método recomienda y practica en su tratado: *Testimoniorum*, lib. iii, fol. 627.

LECCION XV.

Necesidad de coordinar los pensamientos.

Quantus enim tumultus est in mente dictantium, ubi multitudo perstrepat dictionum, ubi orationum varietas, et diversitas sensuum concurrunt? Ubi sæpe respuitur quod occurrit, et requiritur quod excidit? Ubi quid pulchrius secundum litteram, quid consequentius juxta sententiam, quid planius propter intelligentiam, quid utilius ad conscientiam, quid denique, cui, vel post, vel ante ponatur, intensissime attenditur; multa quæ à doctis in hujusmodi curiosius observantur? Et tu in hoc mihi dices esse quietem? tu hoc, etiamsi lingua sileat, silentium nominabis? (S. Bernard., ad Oger., Epist. LXXXIX, n. 1, tom. i, fol. 95.)

Unidad.

Quantum autem ad speciem rebus imponendam valeat Dei similitudo, per quam facta sunt omnia, quamquam humanas cogitationes altissime superet, licet tamen utcumque arbitrari, si consideremus omnem naturam, sive quæ sentientibus, sive quæ ratiocinantibus occurrit, similibus inter se partibus servare unitatis effigiem. Nam ex sapientia Dei sapientes vocantur animæ rationales, et ulterius hoc nomen non porrigitur: nam neque ulla pecora, et multo minus arbores, aut ignem vel aerem, vel aquam, vel terram, sapientem possumus dicere, quamquam per ipsam Dei sapientiam sint etiam omnia hæc in quantum sunt. At vero similes inter se et lapides dicimus, et animalia, et homines, et angelos. Jam vero in singulis rebus, et terram, eo quod similes inter se habeat partes suas, fieri ut terra sit; et aquam qualibet quoque parte similem esse cæteris partibus, nec aliter aquam esse potuisse; et quantumlibet aeris, si cætero esset dissimile, nullo pacto aerem esse potuisse; et ignis lucisve particulam, eo quod non sit dissimilis reliquis partibus, fieri ut sit quod est: ita de unoquoque lapidum vel arborum vel corpore cujuslibet animantis discerni et intelligi potest, quod non solum cum aliis sui generis rebus, sed in seipsis singulis non essent, nisi partes inter se similes haberent. Et tanto est pul-